



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Scientia Salvatis, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam  
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

**Laberhittel, Samuel**

**Ingolstadii, 1660**

235. feria 5. de mortificatione Gustûs.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](#)

Pentecost.

XIV.

recoſten-  
tūs.

de quibus  
n adaptat  
opprobria  
imitari.  
ligit affi-  
qui exerce  
amoris in-  
alterum.  
latur mer-  
pro opere  
iditūs? Si

sanc̄tus  
sunt.

m me ali-  
, aut mi-  
n longis.  
, aliquis  
tatūs, ac  
alia loqui  
stari, sed  
istimare.  
d impu-  
ſitos, &  
ur, peni-  
verba jo-  
ulatoria,

Feria 4. Domin. 9. post Pentecost. 421

culatoria, & narrationes ridiculas, & alia ri-  
sum, & cachinnos provocantia non audire,  
nec, ubi hæc dicuntur, assistere. 5. Rumori-  
bus rerum inutilibus, quæ ad statum meum  
non pertinent, nequaquam intendere. 6.  
Detractionibus, & obmurmurationibus  
proximi, etiam si levissimi tantum eorum  
defectus dicantur, nullo modo aures meas  
præbere. Laudationes meas, & omne genus  
adulationis, quod me, aut mea efferat, au-  
dire contemnere. 8. Quæ occulta sunt, & ab  
alijs me non vocato ad consilium tractantur,  
non auscultare, nec me consortio secreto lo-  
quentium genere. 9. Nihil audire velle, si  
non necessitat, aut utilitati, aut charitati  
aliquo modo serviat. 10. Verba Dei, à quo-  
unque dicantur, frequenter, & humiliter  
audire, devote in mentis sinu recondere, &  
in animæ meæ profectum convertere.

### MEDITATIO CCXXXV.

Feria 5. Domin. 9. post Pentecost.

*De mortificatione Gustūs.*

A spiciam Dominum JESVM fame, & siti  
afflictum, felle, aceto, & myrrâ pota-  
tum. Per amorem ejus, gustum mortificare.

*Conf.* 1. Regnum cœlorum, in quod la-  
borando concordendum, quodque ab ijs  
obtinetur, qui in illud vim faciunt, non esse  
escam,

422 Feria 5. Dom. 9. post Pentecost.

escam, & potum, sed escam, & potum esse materiam ad obtinendum magis regnum cœlorum, quò amplius in ijs me mortificavero. S. Pachomius dicere solitus: *A quo* Tibi servio, tu cōsti Domine, quod nunquam satiatus sum pane, & aqua. Et S. Agnes dicit: *Martyris genus est, delicias habere, & delicijs non nisi.* S. Nicolaus Tolentinus abstinebat à pomis. P. Alvarez Soc. J E S V in hospitio unicum ovum appositorum de industria in terram labi permisit, ut se etiam in hoc mortificaret. Dominicus, ait D. Gertr. Lib. 4, cap. 23. Ideo sibi fel datum, ut citius moreretur, sed non bibit, ut plus pateretur, Tardius corruptentur, citius resurgent, faciliter cœlum subibunt, qui se in gustu mortificarunt, ait Tertull. in illud: *Mortui, qui in Christo sunt, resurgent primi.* 1. Thessal. 4.

Conf. 2. Actiones ejus sunt: 1. Sumptuosem cibi præcedat oratio, & directio cordis, quibus petam & velim alimenta necessaria non pro voluptate, sed pro explenda Domini voluntate, & pro naturæ necessitate percipere, & ut corpus consuetâ refectio roboratum possit menti servire, & divinis obsequijs attendere. 2. Saltem dum bene valeo, nihil speciale ad manducandum pertere, sed communibus contentum esse. 3. Ex oblatis viliora eligere, ad majorem gustus abne-

abnegationem. 4. Quæ soli delectationi  
prosunt, manducare erubescere. 5. Com-  
munes cibos nunquam ad satietatem cape-  
re, sed ita e mensa surgere, ut tantillum esu-  
riam 6. Ex quocunque escuento, quod mihi  
ministratum est, in signum gratitudinis ali-  
quid parum relinquere, quod Domino in ac-  
ceptissimum Sacrificium delibem. 7. ita co-  
medere, ut non totus comedam, sed mente  
alicui piaæ commentationi, vel his, quæ le-  
guntur, intendere. 8. Si penè finitâ refectio ne  
quasi nihil comedissem, nova fames insur-  
gat, adversarij dolum agnoscere, & subrâ  
relictione menia, aut cessatione comedendi  
illum illudere. 9. Adolescens, aut juvenis vi-  
num sine evidenti necessitate non bibat,  
nihil tamen inconsulto modetatore suo.  
10. Pretiosa vina, & suavia, & delicata peni-  
tus non requirere, nec de cibis aut potibus  
quidquam loqui. 11. Communem aquam,  
aliū mye potum, juxta cujusque regionis  
cōsuetudinem, quo omnes utuntur, in usum  
accipere, sciens, quia nunquam intestina  
perforabit. 12. Horis cornæ & prandij tan-  
tum bibere, si verò interdiu bibendum sit,  
potu solum ad necessitatem uti. Si hæc gra-  
via sunt; amore DEI languet, qui in gra-  
vamine propter DEUM suscepto,  
patiens est.

MEDI.